

QUESTIO II.

Immunitas Ecclesiastica in omni Regno est de jure Canonico, & solvuntur argumenta cujusdam Recentioris.

SUMMARIUM.

- 6 Immunitas Ecclesiastica est expressa de jure Canonico.
7 Multis locis juris probatur, & n. 8.
9 Probatur ex factis multorum Pontificum.
10 Primum argumentum fundatur in falsa presumptione, quod Ecclesia habeat multa bona, & n. 11.
12 Et dato, quod bonis Ecclesia sit Respublica extenuata, recurrendum est ad Pontificem.
13 Secundum argumentum rejicitur, nam facere legem, quod subditi non relinquunt bona sua Ecclesie, est contra Sacros Canones, & damnavit Paulus V. contra Veneticos, num. 14. & 15.
16 In lege positum, ut bona que veniunt Ecclesie infra annum, vendantur, irrita est, & nulla.
17 Homines particulares in suis bonis possunt ponere conditionem, ne eorum bona transseant ad Ecclesiam, de eis non loquuntur leges, sicut de Principibus, & n. 18. & 19.
20 Quartum argumentum de aliquibus Regibus, qui sanguine, ac armis comparaverunt regna hoc est commune omnibus ferè Regibus Christianis, & n. 21.
22 Inde formatur argumentum pro nostra sententia ex prædicatione Evangelicæ.

Bartol. Hostiensis. Archidiaconus. Ugolinus. Alexand. Menoch. Barbofa. Cevallos. Egid. Lufi.

Alex. IV.

Concil. Chalced.

munitate, in 6. quod latè probat multis Auctoribus adductis Navar. lib. 3. consil. de immunitate Ecclesie, consil. 2. & subdit, quod illi, qui talia intendunt exequi, nullo modo possunt censura eximi.

Probatur secundò, quia omnes leges editæ à Principibus secularibus contra libertatem Ecclesie, sunt nullæ, nulliusque valoris, nullo modo possunt executioni dari, cap. Adversus, de immunitate Ecclesie, cap. Sancta Maria, de Constitut. cap. Decernimus de judiciis cap. Finali, de rebus Ecclesie non alienandis, cap. Noverit, de sententia excommunicationis, cap. Sacrosanctæ, de elect. cap. Bene quidem, dist. 96. Authentica casta & irrita, Codic. de Sacrosanct. Eccles. & latè probant Glossa, Filius, Abbas, Angelus, Paulus Castrensis, Julius Clarus, Joannes Andreas, & alii multi, quos citant, ac sequuntur Barbofa ad cap. Sanctæ Mariæ, Fagnanus, de justa sententia Pauli V. contra Veneticos, part. 3. fol. 42. Surdus de immunitate titul. 2. quest. 15. num. 61. Egidius Lufitan. lib. 1. Cod. de Sacrosanct. part. 5. §. 2. num. 5, & contrarium magnis censuris prohiberi in Bulla Cœnæ cap. 18. & Concilium Tridentinum sess. 22. cap. 11. de reform. & sess. 25. cap. 20. de reformat.

Glossa. Filius. Abbas. Angelus. Castrensis. Clarus. Andreas. Barbofa. Navar. Surdus. Egid. Bulla. Trident.

Probatur tertio ex factis. Cum Henricus Imperator fecisset legem, ne seculares relinquere bona sua Ecclesie, eum graviter redarguit Innocentius III. & sub anathemate legem antiquare fecit, subdens, Cum hujusmodi constitutio tam divinis, quam humanis sit, legibus inimica. Anno 1210. refert Abrahamus Bzovius eodem anno num. 4. similem legem fecit Imperator Theodosius, cum videret Respublicam pauperem, & bona Ecclesie multum crescere, quam legem upote contra libertatem Ecclesie revocare fecit D. Ambrosius, refert, l. 27. & 28. Codicis Theodosiani. Et etiam refert Baronius anno 390. num. 9. & cum Venetiani anno 1606. similem legem fecissent, eam condemnavit, reprobat Paulus V. ac annullavit Paulus V. upote contra libertatem Ecclesie, ac Sacros Canones, ut multis documentis referunt citatus Fagnanus, & Fagnanus, noster Carmelita Fr. Marcus de Guadalaxara Historia Pontificali 5. lib. 2. part. 2. c. 1. & 2. in fin.

Bzovius. D. Ambrosius. Paulus V. Fagnanus. Guadal.

Ponuntur argumenta cujusdam recentioris.

Sic argumentatur, Princeps ob bonum commune suæ Reipublicæ, absque ullo odio in Ecclesiam potest facere legem ex convenienti ratione ut ejus subditi sua bona non relinquunt Ecclesie, ac Monasteriis, ut tenent Tiraquell. Calderia. Aymon, Alcitatus, Covar quos citant Caldas Pereira ad tit. empi. & vendit. n. 36. Cabedo part. 2. decisio 115. Cum ergo in multis partibus redditis Ecclesiarum, ac Monasteriorum sint valde pingues, & largiter sufficiant ad sustentationem, & aliunde Respublica sic debilitata, ac extenuata in bonis, videtur conveniens, quod Princeps ponat limitem in acquirendis bonis ab Ecclesia.

Tiraquell. Calderia. Aymon. Alcitatus. Covar. Cald. Percer. Cabedo.

Respondetur, quod argumentum nullam vim habet, Primò, ut argumentatur Cardin. Bellarm. contra Veneticos, Talis lex non est necessaria ad conservationem Reipublicæ, nec

Bellarm.

nec in Italia, nec Germania, nec Gallia, nec in Hispania, ergo nec in illo Regno; inde infert Cardinalis Bellarm. quod sit de jure Gentium, ac omnium nationum non prohibere Ecclesie, ut valeant bona comparare. Secundò, falsum est id, quod dicitur nempe, quod Ecclesie, ac Monasteria, in Italia, Gallia, ac Hispania sint valde opulenta, & multis abundant: nam ordinariè loquendo sunt in magna paupertate, & multis indigent, & Monasteria multas necessitates substant, ut facta bona inquisitione constabit; & lex, quæ fundatur in falsa, presumptione, falsa, & nulla est, ut tenent communiter Baldus. Panormitanus, Filius, Navar. Covar, & alii innumeri, quos citant, ac sequuntur Soto lib. 1. q. 6. art. & in 4. dist. 22. q. 1. art. 3. Suar. 3. de leg. cap. 23. n. 9. Clavis Regia lib. 3. cap. 7. num. 8. Lorca de leg. disp. 21. ad finem.

Freire. Panormit. Felinus. Navar. Covar. Soto. Suar. Clavis Reg. Lorca.

Pala. Cast. Angelus. Bellarm. Cevallos.

Cevallos. Maghest. Surdus. Lopus. Suar. Valenzuel.

Egid.

13.

Bartol. Jafon. Baldus. Decius. Guillelm. Valafcus. Cald. Percer.

14.

nes, ac Decreta Romanorum Pontificum nam quod ait, est repugnat libertati Ecclesie, facere legem, ut dimittant bona acquirit, non tamen repugnat tali libertati facere legem, ne amplius alia bona acquirant. Hoc aperte contrariatur cap. de immunitate Ecclesie ubi expresse Alexander IV. ut jam retuli supra, Alex. IV. n. 7. prohibet, ne Principes faciant legem, qua prohibeant, ut Ecclesia non habeat bona jam acquisita, vel deinceps acquirenda. Nota verbum Deinceps acquirenda. Et cap. finali eodem Titulo, ubi sub pena excommunicationis prohibentur Principes edere legem, qua cogantur Ecclesie bonis obtenta vendere, vel emere de futuro. Et in hac consequentia procedunt omnes Textus adducti primo, & secundo fundamento.

Alex. IV.

Innoc. III.

D. Ambrosius.

Paul. V.

Guadalajara.

Fagnanus.

Fragosus.

Panorm.

Bartol.

Alexand.

Suar.

Mattha.

Durand.

Egid. Lufi.

Id verò quod ait, quod Principes possunt facere legem, ne subditi sui relinquunt bona sua Ecclesie, hoc expresse repugnat cum citatis textibus; & talem legem fecit Innocentius Imperator, ut jam dixi supra, n. 9. eam damnavit Innoc. III. & sub censuris eam fecit revocare, & D. Ambrosius. eam coegit talem legem revocare, & hac nostra etate similem legem fecerunt Venetiani, & Summus Pontifex Paul. V. eam damnavit, Venetianis fecerunt legem contra libertatem Ecclesie, quæ quodque capita habebat, ad quæ omnia reducebantur, & Tertium Caput, erat, ne ejus subditi relinquere bona sua Ecclesie, quæ res magnam controversiam excitavit inter Sanctam Sedem Apostolicam, ac illustrem Respublicam Veneticam, & multis factis tractationibus cum Viris Doctissimis, ac Universitatibus Salamantica, Complutensi, Parisiorum judicatum fuit unanimo consensu talem legem esse contra Sacros Canones, ac libertatem Ecclesie, & sic talem legem reprobat, damnavit Paulus V. Paul. V. & Venetiani compulsi sunt censuris talem legem revocare, ut tanquam filii obediens Ecclesie fecerunt per publicum edictum die 22. Augusti anno 1607. ut referunt noster Carmelita Guadalajara in Historia Pontificali, li. 5. part. lib. 3. cap. 1. §. En aver recebido Fagnanus de justa sententia Pauli V. Contra Venet. part. 3. fol. 41. & 42.

Ad id verò quod ait, quod talia bona transeunt ad Ecclesiam cum illo onere, ut intra tale tempus vendantur, & alienentur tale onus non ponitur in illis bonis prout, sunt in manu secularium, sed in manu Ecclesiasticorum, ut bene notat Fragosus de potestate Ecclesie, part. 2. cap. 6. num. 22. Deinde hoc aperte repugnat cum cap. 1. de immunitate, ubi Alex. IV. Alex. IV. Ne liceat Principibus secularibus ipsas Ecclesias, & personas Ecclesiasticas, ad distrabendum, vel alienandum, aut extra manum suam ponendum acquisita, vel deinceps acquirere; & hæc, & similia sunt quadam fraudulencia contra sacros Canones, quæ maxime reprobandur. Quanto de Privileg. & latè probant Panorm. Bartol. l. filii familias §. Divi ff. de legatis, l. 1. n. 7. Suarez contra Reg. Angliæ lib. 4. c. 33. n. 6. Mattha Suar. de jurisdict. part. 4. centur. 1. cas. 6. n. 16. Durand. in Bulla Cœnæ lib. 2. Cap. 15 q. 19. num. 83. Egidius Lufitan. lib. 1. Cod. de Sacrosanct. Ecclesia, part. 5. §. 2. num. 4.

Argumentum nullius est valoris, ac momenti apud nos Catholicos Romanos; nam totum quod adducit, est contra sacros Canones Sylveira Opuscula.

Argumentantur tertio particulares homines Reipublice absque eo, quod contradicant libertati Ecclesiasticae, & absque ulla licentia Romani Pontificis, possunt disponere de rebus suis, sive in testamento, sive in donationibus, clausula apposita, ut nunquam hujusmodi bona, ad Ecclesiam, seu Monasteria, seu personas Ecclesiasticas deveniant, ut de facto dantur multi, majoratus, in Hispania, ac Portugallia, tali conditione affixa, & talis donatio, seu institutio est valida cum sit facta absque odio Ecclesiae, ut tenet Covarr. lib. 1. Resolut. cap. 1. Decius cons. 428. Ripa l. ex facto, §. si quis Rogatus, ff. ad Trebellian. num. 38. Fernandus Arias l. 1. §. Tauri, n. 64. Rubius in Reperitis, Rubrica de donatione inter vivos, §. uxorem, §. 16. num. 4. Molina to. 3. tract. 2. disp. 27. ad fin. ergo videtur etiam quod Princeps absque eo, quod contradicatur Ecclesiae libertati sine licentia Summi Pontificis potest prohibere ne bona immobilia veniant ad Ecclesiam;

18. Respondetur primò, quod non valeat argumentum de casu comprehenso in lege, ad casum in illa non contentum, & maxime in materia odiosa, ut late probat Filius in Pro-mio Decreti. Anton. Gomez in §. ex maleficiis, n. 13. instituta de action. omnium iudicium, n. 47. Franciscus Coscius repetitione in Capitulum Tanlaro, n. 50. Castro lib. 1. de potestate legis, cap. 71. documento 3. Rebellus de obligatione Justi. lib. 1. p. 1. §. 6. & 7. Clavis Regia lib. 3. c. 8. Salas disp. 21. sect. 13. Sacri autem Canonices districte, ac expresse præcipiunt, ne Principes, ac Magistratus, seculares impediunt Ecclesias acquirere bona, nec etiam impediunt, ut eorum subditi sua bona relinquunt Ecclesiis, inde non est formandum argumentum ad homines particulares, de quibus leges non loquuntur. Sit exemplum capituli, de immunitate, in 6. sub poena excommunicationis mandatur Principibus, ac Magistratibus, ne ita disponant, ut sui subditi Clericis, aut personis Ecclesiasticis non vendant aliquid, nec molant triticum, nec panem coquant, & tamen si homo particularis, hoc præstiterit, & noluerit aliquid vendere Clerico in nullam censuram incidit, cum de ipso lex non loquatur.

19. Deinde est dispar ratio in Principe, ac in homine particulari: nam homo particularis habet plenarium, dominium suorum bonorum; ut ad sui beneplacitum valeat de eis disponere, nisi interveniat aliqua lex repugnans, & ideo Pater non potest filium privare ab hereditate, ut cum multis notat Molina de Primogeniti. cap. 13. At verò Princeps habet alium, & sublimè dominium in ipsis bonis prout respiciunt bonum commune Reipublice, illiusque membrorum, atque Clerici, & Religiosi, quamvis habeant aliquas exemptiones (sunt Reipublice membra, & inde eis fit magna injuria, ac gravamen, si priventur suo jure, ac ab acquirendis bonis quae eis obveniunt, vel ad eos pertinent, ut tenent Decius cap. Ecclesia, Sancti. Mariae de Constitut. num. 3. Callanar. de consuetud. Birgundiae, §. 10. Alexander volum. 2. consil. 211. num. 7. Agid. Lusitan. leg. 1. de sacro sancti. Eccles. p. 5. §. 2. & alij.

Covarr. Decius. Ripa. Arias. Rubius. Molina.

Molina.

Decius. Callanar. Alexand. Agid.

Quartò argumentatur Caldas Pereira ad titulum emption. ac venditionis, cap. 18. num. 35. quod Reges Portugalliae suum Regnum, illiusque terras acquisiverunt, ac comparaverunt, armis, & sanguine, & hac causa majorem, & ampliozem habent jurisdictionem tanquam datam à Summis Pontificibus, quam ceteri Principes.

Hoc argumentum nihil probat, nam quamvis Summi Pontifices magna liberalitate multa concesserint Serenissimis Regibus Portugalliae ob eorum eximium zelum in fidem Catholicam, non inde sequitur quod ipsi valeant facere legem prohibentem, ut subditi eorum ne relinquunt bona sua Ecclesiis absque privilegio Apostolico. Secundò, id quod assinit in argumento militat in omnibus fere Regibus, ac Principibus Christianis; fere omnes omnia regna sua comparaverunt armis, & sanguine; sic Reges Castella, Aragoniae, ac Barcelona fortiter pugnaverunt contra Maurorum exercitus, qui aliquando fuerunt tam copiosi, ut essent fere ducenta millia hominum, & saepe visus est D. Iacobus Apostolus in equo candido districto gladio pugnavit in multis Hispaniarum Ecclesiis celebrantur, Historia generalis Hispaniae folio 308. n. 44. & fol. 632. n. 34. Sic & Germaniae Imperatores magnis, ac durissimis bellis contra infideles, ut videre est ex Constantino Magno usque ad praesens tempus apud Baronium, & Abrahamum Bozium, sic & Serenissimi Reges Galliae perpetua pugna contra Haereticos, & Infideles, & Serenissimus Rex Ludovicus XIII, an. 1622. magno exercitu, magnaque obsidione mari, terraque expugnavit, ac devicit Arrochelam, sentinam, ac receptaculum omnium Haereticorum, per tot annorum saecula inexpugnabile, eamque subjugavit ad Ecclesiam Catholicam, sic & Serenissimi Reges Poloniae, Vngariae, ut patet ex eorum Annalibus, & referant per singula tempora Baronius Bozeius, Gadalaix.

Ex quibus validum formo argumentum contra adversarios. Infideles in suis bonis, & terris habent legitimum jus, & dominium, à quo non possunt expoliari à Principibus Catholicis, nisi titulo praedicationis Evangelicae: nam Christus Dominus dedit hanc potestatem suae Ecclesiae praedicandi Evangelium in toto orbe, sic enim ipse dixit suis Apostolis; Marc. 16. v. 15. Euntes in mundum universum praedicare Evangelium omni creatura. Cum autem Mauri, ac Infideles nolent admittere praedicatores Evangelicos, inde Reges, ac Principes Christiani tanquam ministri Ecclesiae Dei, ex potestate ei facta à Christo Domino habent jus, ut Reges Infideles valeant expoliare, ac eicere à suo Regno, ac dominatione, ut praedicatores Evangelii introducantur, & ab omni molestia, iniuria, ac gravamine custodiantur. Et haec est communis sententia Theologorum, ita Caetan. 2. 2. q. 10. art. 8. Maior in 2. distinct. 4. quest. 3. Soto in 4. dist. 5. quest. unica, artic. 10. Victoria Relect. 1. de indist. 2. part. num. 2. Suarez de fide, disp. 18. sect. 1. n. 7. & 8. quod optime colligitur cap. Scitur, §. 8. Si ergo regnum comparatum, ac acquiritum fuit titulo ministrorum Evangelii, quo

Caldas.

21.

D. Iacob.

Histor. Hisp.

Baron.

Lud. XIII.

Gadalaix.

22.

Marc. 16.

Caetan.

Soto in

Victoria

Suar.

quomodo ergo fieri potest, ut ipsi ministri Evangelici priventur debita, ac convenienti sustentatione ex ipso regno, quod eorum intuitu fuit obtentum; nec valet dicere ut annis elapsis aliqui dixerunt, quod ad talem sustentationem sufficit stipendium Missae, quod est valde tenue, maxime hodie, cum res usuales magno pretio excreverint.

His, & aliis fundamentis Gabriel Pereira, manu Regia, tom. 1. cap. 67. n. 9. intendit probare legem Portugalliae prohibentem, ne Ecclesia aliqua bona immobilia denudè acquirat sine Regis licentia non esse contrarium iuri Canonico, nec sacris Canonibus repugnare, & cum non potuisset habere patrocinium in aliquo textu ad ejus patrocinium ad aliquas rationes, ac congruentias frivolas, recurrit, indeque metitò contra ipsam insurgunt, ac graviter agunt Diana tom. 2. tract. 2. de immunitate Ecclesiae, Resol. 13. Anguianus de legibus, disput. 32. sect. 3. n. 1. Fragolus de potestate Ecclesiae, part. 2. cap. 6. num. 2. Fagnan. Valensuela Aegydius Lusitan. citat. & cum ego essem procurator Apostolicus, immunitates Ecclesiasticas in Regali Curia Madriti an. 1636. mihi saepe dictum fuit à Viris Doctissimis, ac professoribus utriusque juris in Academia Salamanticensi, ac Complutensi non esse conserendum tempus, nam evidenter lex erat contra jus Canonicum, solum de privilegio Apostolico an daretur, erat tractandum & inquirendum.

23. Gabriel Pereira.

Diana. Atreuian. Fragolus. Fagnan. Valentescia. Agyd. Lusit.

QUESTIO III.

De lege Portugalliae prohibente ne bona immobilia comparentur ab Ecclesia ultra annum sine Regis licentia?

SUMMARIUM.

- 24. Motivum scribendi hunc in statum.
- 25. Regis Portugalliae utraque manus dextera & Rex Sebastianus filius obediensissimus Ecclesiae vult nominari.
- 26. Reges Portugalliae summo zelo ad fidem Catholicam propagandam.
- 27. Lusitanos euntes in Indiam, praedicantes Christi fidem missi à Regibus Portugalliae vaticinantur ab Isaia.
- Epistola quas Reges Portugalliae mittebant in Indiam ad gubernatores, ad propagandam fidem vaticinantur ab Isaia Propheta, ibid.
- 28. Reges Portugalliae maxime solliciti de bono sui Regni.
- 29. Alphonsus Rex fecit legem de bonis denno non acquirendis ab Ecclesia, probat Honorius III.
- 30. Sanchius persisterit, & deponitur à Regno.
- 31. Alphonsus Gomez Bolonia, creatur Regni Gubernator postea factus Rex juramento non stat, & n. 32. & 33.
- 34. Moritur Rex, Alphonsus infanti pietate, ac obedientia in Ecclesia Catholica, quam semper habuerant Reges Portugalliae, & n. 35.
- 36. Dionysius Rex facit concordiam cum Papa

- Nicolaus IV. & numero 37. & 38.
- 39. Urbanus VIII. severum diploma dat in hac re.
- 40. Maximè laudandus Rex Joannes IV. ob firmam eius obedientiam in Ecclesia Catholicam, & n. 41.

Cum haec lex esset jam valde à tempore antiquo, & ejus executio quiesceret, tamen magno ardore res renovata est anno 1635. usque ad annum 1639. cum multa bona ab Ecclesia auferrentur, generoso, ad forti animo resistit vir ille praclarissimus Apostolicus Illustrissimus Dom. Alexander Castracani Episcopus de Nicastro Apostolicus Collector Regni, censuris impositis, multis habitis consultationibus, tandem visum est, ut Apostolicus Procurator de hac re mitteretur ad Regalem Curiam Madriti, & facta consultatione cum Praelatis Religionum, ego omnium minimus ad tantum negotium fui electus, & multis mihi datis monumentis tam ex Archivio Romano Vaticano, quam ex Archivio Ulyssipponensi, vulgò Torre de Tombo quam ex Archivio sanctae Sedis Bracharensis ac Ulyssipponensis elidi amplam tractatum cum viginti duobus Brevibus Apostolicis, qui tractatus manuscriptus habetur in nostra Bibliotheca Ulyssippon. & facit justum volumen, illiusque facti sunt plusquam quadraginta transumpti manuscripti ab omnibus fere Religionibus, ac à multis viris doctis, hic tantum facio veluti quoddam reperitorium tam de his, quae in hac re contigerunt, quàm de Brevibus Apostolicis circa hanc materiam editis à Romanis Pontificibus, notatis locis, ubi habentur, & videri possunt, nihil de meo addens, ut ita inferviam multis viris doctis, ut apprime sciant, & agnoscant veritatem; cetera verò, rationes, fundamenta, ac solutiones adversariorum, remitto, ad meum tractatum.

De nostris serenissimis Regibus Lusitaniae dicam hic quod dixit Mag. D. Ambrosius de suo praclarissimo Imperatore Theodosio, qui veluti strenuissimus Dux. Quod utraque manu pro dextera utebatur. Judic. 3. nom. 15. sic & ille scilicet Theodosius una manu dextera suas ad custodiendam, augendam, ac venerandam Ecclesiam. Altera manu illi dextera erat ad sui imperii munimen cum benignitate, ac Clementia erga subditos. Hac utraque manu dextra maxime insigniti fuerunt nostri Serenissimi Reges Portugalliae, una manu dextera ad augendam, ac custodiendam Ecclesiam Catholicam, eique in omnibus obediendum, quod maxime, ac insigniter apparet in Serenissimo nostro Rege Sebastiano, qui primus inter omnes Reges Reipublicae Christianae extitit, qui in publico consistorio Ulyssipponense facto, & publico juramento praestito Sacrum Concilium Tridentinum acceptavit, ejusque observantiam ab eo in omnibus habendam, sicque edito Regio praecipit per totum Regnum publicari, ut ab omnibus maxime ita observaretur, cujus rei causa Pius V. Summus Pontifex ei multum gratulatur quodam indulto, ac Brevi Charissime in Christo datum die 5. Januarii 1557. & inde ipse Pontifex per Epistolam quærit à nostro Rege Sebastiano ob tot

24.

Alexander. Castracani.

D. Ambros.

Judic. 3.

D. Ambros.

Judic. 3.

Sebastian.

Pius V.